

Sequens in hoc affectu deprædicat *Fr. de le Boë Sylvius lib. 1. Prax. Med. cap. 2.*

℞  $\textcircled{\circ}$  *macis stillat. granor. juniper. āā ℥j.*  
Misc. in vitro Dof. gtt. ij. vel 3. in vehiculo convenienti.

Convenit quoque sequens Mistura, quâ in nimia appetentiâ à Spiritus  
℞ li nimio usu excitatâ, usi sumus:

℞ *Spir. menth. juniper. āā ℥i℔.*  
*Rob. Juniper. Syr. cinamom. āā ℥iij.*  
*Essent. anodyn. ℥℔. Misce. S.*

**Magen** Mistur. Dof. cochl. i.

## CAPUT XVII.

## USUM JUNIPERI IN MORBIS INTESTINORUM EXPLORAT.

## I. DE VERMIBUS.

Quemadmodum  $\mu\alpha\kappa\rho\nu\sigma\mu$  variis vermium generibus repletus est, ita quoque homo  $\mu\iota\kappa\rho\nu\sigma\mu\omicron\varsigma$  & hâc in parte illi cedere non vult, sed in variis, proh dolor! humani corporis partibus, *vermes*, imprimis intestinis inveniuntur, variorum, Autores malorum, quorum tria dantur genera. Primi dicuntur *Lumbrici teretes*, lumbricis terrestribus similes, pueris præcipuè, hinc tamen & adultis sæpe familiares. Secundi appellantur *Lati*, à latâ ipsorum formâ. Sic *Lati vermes.*

*Lumbrici teretes.*

*Lati vermes.*

*Nobilissimus D. D. Febr. Argonauta & Praeses noster meritissimus pag. 125. sub signo*  
 ☿ *hier. picr. portionem lumbrici lati,*  
*quæ in sex ferè ulnarum longitudinem*  
*extendi poterat, depictam offert. Ter-*  
*tii vocantur* *Ascarides*, qui teretes, tenu-  
 es & breves sunt vermibusque casei pu-  
 tridi non absimiles. Omnes hi gene-  
 rantur in intestinis, quæ terræ instar sunt  
 dicente *Bartholino lib. 1. Anat. reform.*  
*cap. X.* ex quâ mesaraicæ sanguinem tra-  
 hunt & lactæ chylum fugunt, sicut ita-  
 que in terrâ *μακροκόσμος*, ita & in hâc  
 terrâ *μικροκόσμος* vermes frequentius,  
 ob humorum abundantiam, qui faciliè  
 ibidem corruptionem & putredinem  
 concipere possunt, conspiciuntur, hanc  
 Juniperina medicamenta non solum  
 prohibere sicque generationem vermi-  
 um impedire, verum etiam vermes geni-  
 tas extirpare valent.

*Sic Cerevisiam cum Juniperis con-*  
*tusis conditam vermes enecare, inquit*  
*Colerus lib. 18. Oeconomiae cap. CXI.*

*Internè*

Opiatam Salomonis *D. Jouberti*  
*grana juniperi* quoque ingrediuntur, &  
 ad Vermes enecandos prædicatur effi-  
 cax ab *Uffenbach. lib. 3. Antidot. sect. 2.*  
*cap. 9.*

Essentia ad Vermes nobis in fre-  
 quenti usu est sequens:

℞ *Herb.*



**R** *Herb. abroton. scord. tanacet. āā Mj.*  
*Rad. diptamn. filic. zedoar. āā ʒʒ.*  
*Flor. cent. min. Mj. persicor. pii. wuse!*  
*corallin. ʒʒ.*  
*Sem. santonie. coriandr. āā. ʒvi. Baec.*  
*juni. per. ʒij.*  
*Myrrh. opt. theriac. Andr. āā ʒʒ.*

Concis. contuf. infund. in f. q. Spir. Juniperi rectific. Tinctum quod est separetur, novus Spiritus affundatur, conjunctis liquoribus adde

*Spir. C. C. Se volat. impregnat. ʒij.*

Misc. S. Essentz wieder die Würme.

Hanc Essentiam optimo successu **Observatio.**  
 hoc in loco adhibuimus in muliere 41. annorum die **Pabstin** dictæ, quæ cum de torminibus ventris quereretur **Rob. Juniperinum** purgans ei ad ʒʒ. exhibuimus, unde aliquot vermes teretes exiere, quapropter ad ulteriorem vermium expulsionem hanc aliis medicamentis addidimus Essentiam, qua cum per triduum usa esset, lumbricum, hâc longitudine & latitudine, sicut hîc depictus cernitur exclusit, qui in capite cornu membranaceum, in ore lapillum album ervi magnitudine, habebat, in maximam longitudinem extendi poterat, unde ad **Lumbricos** latos illum pertinere arbitramur. A fascinatione ortum illum autumabat

mabat mulier & ab hac suâ sententiâ nullis verbis deduci poterat, propterea in nostrâ præsentia flammis eum tradebat, & ab illâ ipsum impetrare nullis potuimus precibus.

## II COLICA.

*Colica.*

Intestinum Colon nonnulli à Græco verbo *κολῶσθαι* derivari volunt, nam illud *torquere* significat, quoniam in illo tormina fiunt colica, sicut loquitur *Bartholinus lib. 1. Anatom. reform. cap. xi.* & nostrâ quidem sententiâ non impetite: Tormina enim colica à doloribus, qui à Tortura proveniunt, non superari putamus, quoniam illa tanta tamque atrocia sunt, ut & vitam sibi nonnullos ex impatientiâ ademisse testetur *ex libr. 2. Galeni de compos. med. secundo loc. Sennerius lib. 3. med. Pract. 2. sect. 2. cap. 2.*

*Interna.*

In tantis hisce doloribus solatium & auxilium præbent ex *Junipero præparata medicamenta*. Inprimis verò Clysteres, quoniam hi ad ipsum locum affectum penetrare & materiam peccantem, sive ab humoribus vitiosis sive à vaporibus, excrementis induratis, vermibus aut aliâ re gravi dolorem excitante oriatur, educere aut profligare optimè valent.

*B. D. D. Rolsineius lib. vii. Consultat.* talem proponit Clysterem:

*℞ Fol.*



℞ Fol. origan. rut. veronic. āā Mi.  
 Flor. chamamel. melilot. M℞. Bacc.  
 laur. juniper. āā ℥℞.

Coqu. in ∇ā simplici, Colaturæ ℥j. adde  
 Elect. hier. picr. simpl. diapbœnic.  
 āā ℥℞. d. bacc. laur. ℥iij.

⊙ aneth rutacci. āā ℥i℞. M.F. Clyster.  
 Ejusmodi Clysterem quoque tradit

Mynsichtus sect. 22. Armament. Chym. p.  
 428. & similem huic Sennertus proponit  
 lib. 3. Med. Pract. part. 2. sect. 2. cap. 2. ubi  
 & sequens commendat Vinum medica-  
 tum:

℞ Rad. fœnic. acor. ver. helen. impera-  
 tor. āā ℥℞.

Abfinth. ℥v. calamith. origan.  
 rosmarin.

Fl. chamomill. sambuc. āā ℥ij. Cort. citra-  
 aurant. āā ℥iij.

Sem. fœnic. carv. āā ℥ij.

Bacc. laur. juniper. āā ℥iij. Fol. senn.  
 el. ℥i℞.

Agaric. trochiscat. ℥℞. Turbit. ℥ij.

Conquassatis affund. Vini q.f. Bibat de  
 illo ager haustum.

Ventriculi & intestinorum remedi-  
 um anodynum appellat Aquam hanc  
 contra Colicam Quercetanus Pharmacop.  
 dogmat. restit. cap. 7.

℞ ∇ā ex flor. nuc. & chamomill. paras.  
 āā ℥℥.iv.

Q

His

His mixtis infunde flor. chamomill. & sambuci āā p. vi. per triduum. Deinde fiat expressio & Colatura, cui rursus eandem quantitatem dictor. flor. infunde, denuò colentur & fortiter prælo exprimantur, expressioni adde

*Sem. foenic. anis. āā ʒj. Bacc. laur. ʒiʒ.*

*Gran. Juniper. ʒij. Cinamom. elect. ʒvi.*

*Mentb. sicc. Mj.*

Stent in infusione in Bal. Mar. per 2. dies, deinde destillentur per cineres. Dos. ab ʒij. ad tres.

Ejusmodi aquam Carminativam *Baccis juniperi* quoque exornatam describit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 38. & Mynsicht. sect. 19. Armament. Chym. p. 315.*

Extractum Carminativum *Quercetani* magnarum certè virium videri potest *cap. 26. citat. lib. 1ʒʒ. Baccar Juniperi clarum.* Sic nec Extracto Specifico Colico deesse voluit *Baccas Juniperi Mynsichtus.* sed illi ad ʒiij. eandem addidit *sect. 3. Armament. Chym. & Emplastro Carminativo tam Oleum Juniperi ad ʒiv. quam Gummi Juniperinum ad ʒj. adjungit, unde præstantia medicamentorum ex Junipero paratorum facile colligi potest.*

Sequens Elixir à *Nobilissimo D. D. Siebold. Archiatro Hallensi* Amico cuidam communicatum est, quod in colicâ, torminibus



minibus ventris aliis, nausæâ, vomitu,  
diarrhœâ, dysenteriâ aliisque intestino-  
rum morbis, in hysteris affectibus offi-  
cium sæpe feliciter præstitit:

℞ Spir. Juniper. ℞iij. Bacc. sambuc ℞j.  
His adde in vase vitreo Rob Juniper.  
℞j

Zedoar. ℞ii. Cinamom. ℞j. Cort. au-  
rant. ℞iv.

Pom. aurant. num. iij.

Digerantur omnia per 14. dies in leni  
calore, Colentur, ferventur ad usum.  
Dof. cochl. sem. ad j.

Grülingius lib. 3. Med. Pract. part.  
2. sequentia proponit:

℞ ∇ stomachal. N. Mosch. Juniperin.  
Elix. vit. min. Querc. aâ ℞β. Cina-  
mom. ℞vi.

Brod. condit. Zinzib. rad. acor. aâ ℞β.

⊙ dest. chamomill. gtt. iij. anis. gtt. iv.  
origan. salu. anib. aâ gtt. ij.

Spir. bacc. sambuc. ℞ij. Θω, Θλ aâ  
gtt. iij.

Misc. Dof. cochlear. i. manè.

Vel

℞ ∇ Theriacal. ℞β. chamomill. ℞ijβ.  
Spir. juniper. gtt. x. ꝑi gtt. vi.

Misc. pro unâ vice.

Præclare quoque Essentia Carni-  
nativa nostra in hoc aliisque à flatibus

Q 2

oriun-

oriundis affectibus officio suo fungitur,  
cujus compositio talis:

℞ Spir. Juniper. maximè rectificat.

℥VIII. carvi, cinamom. āā ℥ij.

⊖ dest. juniper. menth. chamomill.  
carv. āā ℥j.

Mixta circulentur tam diu calore leni,  
donec olea à Spiritibus planè absorben-  
tur eorumque vestigia amplius non ap-  
parent, postea fervetur ad usum. Dos.  
℥j. ad ℥℞.

*Externa*

Externè sequentem Fotum in in-  
credibili dolore colico, ob materiam in  
intestinis solidam & in lapideam ferè  
duritiem concretam ad hanc emollien-  
dam & exturbandam, adhibuisse hocque  
adhibito & reiterato ægrum materiam  
lapillosam excrevisse omnemque dolo-  
rem cessasse testatur *Poserius Centur. 1.*  
*Observat Curat. 83.*

℞ Bacc. laur. juniper. Sem. fœn. grac.  
lin. āā p̄ij.

Herb. malv. prass. alb. parietar. cala-  
menth. origan. puleg. menth.

Flor. chamomill. āā Mj. melilos.  
stæchad.

Sem. anis. fœnic. āā p̄j. Misc.

Paretur Decoct. cum s. q. ∇æ & Vini  
pro Fotu.

Vel

℞ Bals. d. Peru ℥j. Ungue. alth. comp. ℥℞.

⊖ dest.



⊙ dest. juniper. ꝑ. menth. carv. āā  
 ꝑ. succin. ꝑ. Misc. omnia

D.S. Sälblein wieder das Reissen.

### III. DIARRHOEA ET DYSEN- TERIA.

**A**ureum est dictum illius Poëta & ve-  
 ritati consentaneum

--- πάντων μέτρον ἐστὶν ἀριστον,

quod Horatius lib. 1. Sermon. Satyr. 1. ita  
 Romano reddidit sermone:

*Est modus in rebus sunt certi denique fines,  
 Quos ultra citraque nequit consistere re-  
 ctum.*

Verum certè dictum, probatione vix  
 egens. Exempli tamen loco sint Ex-  
 creta & Retenta. Hæc, si mediocritatis  
 regulam non excedant, sanitatem homi-  
 nis maximè confirmant, si tamen excer-  
 nenda plus æquo diutiùs retineantur,  
 vel retinenda nimium quantum excer-  
 nantur, actum est de hominis sanitate  
 perfectâ: Quis enim nescit quantam in-  
 ferat homini noxam *Diarrhœa*, & quem  
 latet quale detrimentum mortales pati-  
 antur à *Dysenteria*? tale videlicet, quod  
 in quamplurimis nunquam iterum re-  
 parari potest, cum nempe erosus planè à  
*Dysenteria* intestinis incomparabilis vitæ

Theſaurus per ſubſequentem mortem inferitur.

*Diarrhoea.*

Quamvis verò *Diarrhoea* quodvis alvi profluvium, docente *Sobizio part. 4. Spec. Med. Praët. ſect. 2. cap. 15.* ex quacunq̄ue cauſa ortum, cum vel ſine febre aut dolore, criticè vel ſymptomaticè factum denotet, nos tamen cum illo ſpecialiter de illâ jam agimus *diarrhoeâ*, quæ abſque inteſtinorum exulceratione & ſine vehementi doloris ſenſu contingit, & in quâ humores ſimplices vel mixti præter alimentum & ſanguinem evacuantur.

Cauſas habet *Diarrhoea* varias & ratione harum varias ſortitur appellationes, de quibus omnibus autem jam tractare noſtri non eſt inſtituti.

*Interna.*

Omni *Diarrhoea*, in quâ humores peccantes evacuandi, *Rob Juniperinum* ſatiſfacit, poteſt tamen inſuper ſpecificis exaltari purgantibus, qualia humori peccanti convenient.

In *Diarrhoea* tam bilioſa, quàm ſeroſa ſerum per Urinas ac Sudores educere & minuere *Autor eſt Fr. de le Boë Sylvius lib. 1. Prax. Med. cap. 13.* Decocto ſequenti:

℞ Rad. apii, petafidit. āā ʒj. Raſur. lign.  
Juniper.  
Sem. milii āā ʒiij.

Coqu.



Coqu. f. a. ex aquâ purâ. In Colaturâ  
 ℥xxx. dissolv.

Syr. de s. rad. ℥iv. Spir. Ois dulc. ℥j.  
 Misce.

Capiat bis terve in die haustum, si  
 non abhorreat æger, calentem & in pri-  
 mis summo manè in lecto, unde prodibit  
 facilius sudor, sin minus urina copiosior,  
 sicque pedetentim consumetur serum  
 omnesque humores reddentur puriores  
 & meliores.

Si Diarrhœa ob virium lapsum  
 sistenda videatur, tunc non inconveni-  
 enserit sequens Electuarium:

℞ Conseru. ros. rubr. antiqu. rad. tor-  
 mentill. āā ℥j.

Rob juniper. ℥vi. Spec. diarrhod. Ab-  
 bat. ℥j.

Croc. Ais adstr. ℥ijß. Ter. sigill.

Bd. Armen. corall. rubr. preparat.  
 āā ℥ij.

Pulv. N. Mosch. ℥j. Syr. myrtin. q. f.

Misce. F. Electuar. S. Anhaltender  
 Stärck-Zucker.

Externè poterit adhiberi Empla- *Externa*  
 strum Stypticum *Mynsichti. Gumm. Juniper.*  
 ℥ij. nobilitatum, descriptum *sect. 36.*  
*Armament. Chym. p. 507.* Sic & Oleum ex  
*Gummi Juniperino* paratum cum oleo  
 Thuris dest. albumine ovorum mixtum &  
 externè adhibitum ad omnes fluxus

Q 4

ven-

ventris commendat *Conrad Kunrath, tract.*  
20. medull. de still. 427.

**Diarrhœa**  
ex hyper-  
catharsi.

In *Hypercatharsi* seu *Diarrhœa à me-*  
*dicamento purgante excitata* sequens pro-  
ponit *Tilemannus p. 65. de materia medic.*

℞ Pulv. *Sandarac. Arab. ꝑ. ʒ. Thnr. ꝑ. ʒij.*  
*Album ovor. q. s. F. Emplastrum*

**Dysento-**  
**ria.**

In *Dysenteria* tam præservativè quàm  
curativè adhibetur *Juniperus*. Sic tem-  
pore *Dysenteria* Amicis suis *Vinum me-*  
*dicatum* sequens se præscripsisse testa-  
tur *Hildanus lib. de Dysenteria cap. 21.*

**Præserva-**  
**tivè.**

℞ *Herb. absinth. card. bened. scord. utri-*  
*usque, veronic. mentib Flor. rſ.*  
*rubr. āā Mij.*

*Cort. cir. Rad. angel. Bacc. juniper. Ci-*  
*namom. āā ꝑ. ʒj.*

Incidantur & conquassentur omnia, po-  
stea in doliolo, quod 12. aut 16. mensuras  
contineat collocetur vinoque impleat-  
tur. Dos. adulto scyphus 1. vel 2. juniori  
cochlearia 2 aut 3.

Inter medicamenta Anti-dysente-  
rica prophylactica *Extractum Ganor. Ju-*  
*niperi* refertur à *Grylingio lib. 3. med. Pract.*  
*part. 2. cap. 1.*

**Curativè.**  
**Internè.**

Curativè adhibentur medicamen-  
ta *Juniperina* tam internè quàm externè.  
Sic sequens Clyster præsentaream in *Dy-*  
*senteria*, nuperrimo Autumno grassante,  
tam in adultis quàm junioribus operam  
præ-



præstitit, Visenæ infantem 3. dierum felicissimè restituit, morbumque paucò dierum spatio in plurimis aliis, in principio statim qui illum usurparunt, sustulit & profligavit:

℞ *Herb. malv. alb.* āā Mij.

*Flor. chamomill. Bacc. juniper.* āā Mj.

Concis. contus. coqu. in s. q.  $\nabla$  communi. vel feri lactis, Colaturæ ℞j add.

⊙ *ros. aneth. mygd. dulc.* āā ℞℞.

Misc. F. Clyster, qui tepidè applicetur.

Electuarium supra descriptum & hùc quoque facit fluxumque Dysentericum præmissis præmittendis egregiè & citò sistit.

Externè ad tormina compescenda sequens concinnare Balsamum suadet *Rolsincius lib. 7. Consultat. 1.* Externè.

℞ ⊙ *nuc. moschat. express.* ℞℞.

*Gumm. asphaltit. nigr. minutissimè pulverisat. q. s. ad colorem nigrum.*

Stent per noctem. Misceantur.

*Ambr gryf. gr. ij. mosch. orient. gr. vj.*

⊙ *dest. lavend. caryophill. cinamom. menth. majoran* āā gr. vj. *succin.*

℞℞. *juniper.* ℞℞. Misce

M. F. Balsamum.

Hæc tria olea invicem mixta tormina: cum admirando successu mitigant.

℞

℞ ⊙

℞  $\text{O}$  dest. menth. juniper. carv. āā. q. v.  
Misc. S. Euserlich Oel wieder das  
Reissen.

*Ani exitus* In diuturno exitu ani à Dysenteria  
à Dysense- ortò os sacrum & coccygis sequenti De-  
ria. cocto fovere *Autor est Fabric. Hildanus*  
*lib. de Dysenter. cap. 13.*

℞ Fol. & flor. beton. primul. ver. hyperic. salu.  
rosmarin. majoran. ros. rubr.

*Bacc. Juniper. āāMj. Alumin. r. ob. ʒij.*  
Incis. & contus. indantur sacco, qui in-  
tersutus coquatur in vino & applicetur  
calidus ter vel quater in die.

#### IV. HAEMORRHOIDUM VITIA

**H**æmorrhoides venæ sunt, quæ in ano  
vel recto intestino sitæ sunt & extrin-  
secus etiam conspiciuntur, quæ in non-  
nullis viris stasis temporibus, spontè  
aperiuntur & sanguinis crassioris sit Eva-  
cuatio, multum conducens sanitati. Du-  
plices sunt hæ venæ, vel internæ, quæ  
à venâ portæ, aliæ externæ, quæ à venâ  
cavâ oriuntur. *Barthol. lib. 1. de venis*  
*cap. 4.*

*Mulieres* Quæri hîc posset an fœminæ fluxum  
*an hæmor-* patientur hæmorrhoidum & respondetur  
*rroidum* quod sic. Nota enim nobis fuit mulier,  
*fluxui ob-* quæ eodem tempore, quo lunare tribu-  
*noxia?* tum reddebat, & fluxum semper hæ-  
mor-



morrhoidum unà experiebatur, quod quidem rarissimum est, cum pleræque eâ ætate, quâ menses lunare debitum ritè persolvunt, hæmorrhoides fluentes non sentiant, denegato autem mensium fluxu & in aliis quibusdam naturam per vasa hæmorrhoidalia sanguinem quantitate molestum evacuasse novimus.

Fluxus hæmorrhoidum moderatus sanitati amicus est & à multis præservat liberatque morbis, immoderatus verò, diuturnus, suppressus in assuetis, teste Galeno lib. 3. de nat. al. facult. cap. 8. & Aetio. retrab. 4. serm. 2. cap. 3. non diversos solum morbos generat, sed ipsam etiam mortem accelerare quandoque solet.

In nimio hæmorrhoidum fluxu *Nimio hæ-*  
*gummi Juniperinum* albumine ovorum so. *mori hei-*  
 lutum & externè applicatum singulare *dum fluxu.*  
 quid præstare inquit *Conrad Kunrath*, &  
*Vernicem liquidum*, ex eodem gummate  
 qui paratur, idem præstare doloremque  
 hæmorrhoidum sistere testatur *idem Tra-*  
*Etat. 20. Medull. destill. p. 426.*

Sequens ad nimium hæmorrhoidum fluxum commendat *Savanorola*  
*Tract. 6. Pract. maj. cap. 17.*

✶ *Scoriar. ferr. Sem. porr. ammeos. āā ʒj.*  
*Carabe ʒi ʒ Myrabolan. citr. ʒj. Sanda-*  
*rac. Ar. Cort.*

*Corr. suor. āā ʒʒ Bdell. ʒij. Cucurb. a-  
dust. ʒiij.*

Confice cum Syr. ros. & ex confimilibus compone.

*Hæmor-  
rhoidum  
dolor.*

In Dolore Hæmorrhoidum sequentem præscribit Pulverem *idem Autor loco jam citato.*

**R** *Sem. lini ʒij. nigell. ʒj. Gum. Bdell. ʒiʒ. Thur.*

*Cyper. ammeos āā ʒj. Sandarac. Ar. ʒj.*  
Terantur & dentur in potu ʒiv.

*Hæmor-  
rhoidum  
obstructio.*

In Hæmorrhoidum obstructione hucque proveniente mictione sanguinis & contracturâ membrorum sequens adhibuit Oleum *Fabric. Hildanus Cent. 2. observat. xi.*

**R** *Ol. lumbric. vulpin. costin. āā ʒj. jani-  
per. dest. ʒij. Spir. Vin. ʒj. Milce  
& bis in die locum affectum inunge.*

#### CAPUT XVIII.

### DE AFFECTIBUS HEPATIS ET PRÆSTANTIA JUNI- PERI IN IISDEM DIS- SERIT.

#### I. HEPATIS OBSTRUCTIO ET CACHEXIA.

**A**D arma! ad arma! hostes in urbe sunt. Hac olim formulâ populum Romanum exclamasse imminente graviore periculo militesq; ut arma caperent, testatur Clarissimus *M. Frider. Hildebrandus*